Et reliquum fuit ex duobus tonis id est clxxx. Nam cum sint duo toni inter neten hyperboleon et triten, id est inter ii ccc iiii et ii dcccc xvi, cum de ipsis ii dcccc xvi auferunt ii dcc xxxvi quod est paranete hyperboleon in chromate facientes tria semitonia ad neten hyperboleon, reliquunt clxxx, qui eisdem ii dcc xxxvi additi reddunt triten hyperboleon chromaticas id est ii dcccc xvi, quae eadem est in diatonico duorum tonorum. In chromate per semitonio accipitur ad paraneten hyperboleon

factum est qui est dimidius tonus sed non integre. quia ut supra uberrime monstrauimus non potest tonus
in duo aequa partiri. Consignabimus igitur hoc spatium trium semitoniorum id est toni ac semi
tonii hoc modo TTT. Rursus paranete hyperboleon chromatica ad triten hyperboleon
retinet partem toni id est semitonium quod reliquum fuit ex duobus tonis qui continentur
inter triten hyperboleon diatonica et neten hyperboleon. Subtractis uero quattuor semi
tonis reliquum ex toto tetracordo spatium semitonii est. quod continetur inter neten diezeugmenon et
triten hyperboleon. Constat igitur et hoc tetracordum ex duobus tonis ac semitonio. Diuisum
in uno quidem spatio tribus semitoniis. in duobus autem spatiis duobus semitoniis. Tria uero
spatia neruis quattuor continentur. In enarmonio uero genere summa est id per nos
cendi facilitas. ab ea ipsum quae est nete hyperboleon. id est ii cccim. paranete hyperboleon
enarmonios id est ii dcccc xvi. duos tonos integros distat. quos hoc modo notabimus
TT. Relinquitur igitur ex totius tetracordi duobus tonis ac semitonio unum quidem semito
nium quod continetur inter neten diezeugmenon et paraneten hyperboleon enarmonion. quod
scilicet diuisum in duas dieses. trite hyperboleon enarmonia media inter iecta. spatiumque
dieseos hoc modo signauimus. Quia igitur nobis hyperboleon tetracordon scriptum est quo pacto
ad diezeugmenon tetracordum ueniamus. Nec inmorandum est isdem commentationibus
in ceteris. cum ab hac discriptione et ita in aliis sumi possit exemplum.

MONOCHORDI NETARUM DIEZEUGMENON CETERA TRIA GENERA PARTITIO

Netes igitur diezeugmenon quae est iii LXX ii. Si dimidium summa erit i dxxxvi.
qui eisdem additi fiunt IIII dc viii. quae est mese quam o littera designamus.
Quod si eius dem netes diezeugmenon id est dd scilicet iii LXX ii auferam tertiam
partem erit i xx IIII. qui eisdem coniuncti faciunt IIII xc vi. quae uocabitur para
mese. x littera subternotata. Nete igitur diezeugmenon id est iii LXX ii ad
mesen IIII dc viii quoniam in sesqualtera comparatione consistit. diapente continet
simphoniam. Eadem uero nete diezeugmenon iii LXX ii ad paramesen id est
IIII xc vi. quae ad eam in sesquitertia proportione composita est. diatesseron retinet
consonantiam. Si igitur ab ea quae est nete diezeugmenon iii LXX ii aufe
ram octauam partem id est ccc LXXX IIII. eisque adiciam fient iii dcc LVI.
Eritque haec paranete diezeugmenon diatonos cc litteris pronotata. Ad neten diezeugmenon
obtinens tonum. Ab hac uero si octauam auferent partem. id est de iii ccc LVI. quae est ccccxx ii
eosque eidem adiungam erunt iii dccc LXXX viii. Eritque ea trite diezeugmenon
diatonos. Sed quoniam nete diezeugmenon ad paramesen sesquitertiam obtinebat
proportione. trite autem diezeugmenon diatonos ad nete diezeugmenon duos

License: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 298(119), p. 110 – Boetii geometria et musica (http://www.e-codices.ch/en/sbe/0298/110)